Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

siue officio qui similitudinē creduli
tatis paruulorum exercent. agitur in in
fantibus fides. Solemus enim nominare
infantē et dicere ei credis in deum patrē
atque solet respondere offerens credo.
Sed et sicut superius demonstratum ē ex eu
angelico testimonio quod fides offeren
tis possit eum saluare. Ex augustino
possumus intellegere eundē paruu
lum respondere uoce offerentis ubi di
cit. facit hoc unus spc ex quo rege
neratus oblatus. Et ubi idē augustinus
disputat de similitudine sacramentorum
ad eas res pertinentes quorum sacramenta
sunt ibi dicit. Cum respondetur paruulus
credere qui fidei non habet affectum.
ex quo possumus intellegere ex simili
tudine responsionis. quia (quasi) ipse paruu
lus respondeat sacramentum fidei cele
brari in paruulo. et in alio loco ubi
dicit. nam sic respondent credere ita
etiam fideles uocantur. ita credo propter
opus unius spc sci quod offerens respondet.
hoc ē illius quē offert. Non diceret to
ties scs augustinus fidei sacramentum nisi
aliquis esset effectus inter rem ipsam et si
militudinē eius. idē inter sacramentum
fidei. quod potest fides nominari. et ipsā
fidē quā homo profert ex intellegibili
animo. Sicut enim distat aliquid inter nostram
sepulturā quā accipimus in baptismo
et xpi qua resurrexit a mortuis ut ultra
non moriatur. ita inter sacramentum fidei et fidē.
Ipsa tamen sacramenta ad hoc ualent.
ut nos perducant ad ipsas res quarum
sacramenta sunt. Sacramento fidei saluatur par
uulus usque ad tempus quo possit ipse

discere fidē suā. Unde qui supra in sequen
tibus ad eundē que supra dicit. Itaque paruu
lum et si non dum fides illa que in credentium
uoluntate consistit. iam tamen ipsius fidei sa
cramentum fidelē facit. nam sic credere respon
detur. ita etiam fideles uocantur non rem ipsā
mente annuendo. sed ipsius rei sacramentum per
cipiendo. Cum autem sapere homo ceperit.
non illud sacramentum repetit sed intelliget.
eiusque ueritati consona etiam uoluntate
coaptabitur. Hoc quamdiu non potest ualebit
sacramentum ad eius tutela aduersus con
trarias potestates et tantum ualebit ut
si ante maioris usum ex hac uita migraue
rit. per ipsum sacramentum cōmendans ecclesie
caritate ab illa condempnatione que per
unum hominē intrauit in mundum xpi
ano adiutorio liberetur. Hoc qui non cre
dit et fieri non posse arbitratur profecto infi
delis ē. Et si habeat fidei sacramentum. lon
geque melior ē paruulus qui etiam si fidē
nondum habet in cogitatione. non ei ta
men obicē contrarie cogitationis op
ponit. De consecratione baptisterii.

IN PRIMA ORATIONE HIMNI
datur et serenatur habitaculum hospitis.
qui deum habet suscipere et deprecatur eius
aduentum (t) ut ex ipsa oratione possumus
cognoscere (t cere). Omnipotens inquit sempiterne
deus adesto magne pietatis tue mys
teriis. adesto sacramentis et cetera. In sequen
ti manifestat se iam hospitē habere
cui loquatur. quapropter dicit. Sursum corda.
Deinde gratias agit. quod dignatus ē tam
magnus hospes ad tam humile hospicium
descendere. ut intimade oratione demon
stratur. Et licet inquit nos tantis myste